



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Census

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Fum. eo. numer. 4. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 17.

8 Casus referuati in Religione, non habent locum in Nouitijs, antequam per vota admittantur; vt neq; præceptorum obligatio.

9 Casus non referuat nisi Papa, aut Episcopus, aut Prælati habens Episcopalem auctoritatem.

* *Med. l. 1. capit. 9. vide Triden. sess. 14. cap. 7. de reformat.*

Addit. 3 Mortuo, vel amoto Episcopo casus referuati ab eo expirant, non autem à iure. *Met. l. 1. c. 10.*

Caupo, vide Stabularius.

CENSUS.

Oportet in censu rem esse immobilem (talis autem est annuus reditus) & sua natura fructiferam, & totum pretium recipi in celebratione instrumenti, nec postea augeri, aut minui, & perire censum pro rata reperiunte, aut sterili facta, & posse redimi semper eodem pretio, & post denunciationem etiam ab inuito intra annum repeti.

* *De censu. Nauarr. comm. de vsur. Sor. l. 6. q. 5. Bannes in 2. 2. q. 78. art. 4. Io. Med. c. de resistit. q. 11. prope finem, Cor. 2. p. Val. t. 3. d. 5. q. 22. Carbo. de rest. Mol. Contr. Lopez. de contract. Garzias à ca. 26. Tol. l. 5. c. 23.*

* *Vide Nauarr. comm. de vsur. num. 69. & 84. vbi*

vbi refert bullam Pij V. c. 17. num. 232.

2 Prædicta ex Bulla Pij Quinti, in qua quædam prohibentur ob præsumptionem fraudis; quæ si absit, licent. Itaque potest pretium non statim solui, potest & prius solui, & fieri pactum ne redimatur census, nisi totus simul.

* *Nau. de usur. l. c. num. 69. 70.*

3 Non prohibet Bulla debita iure naturæ, (vt satisfactionem pro damno dato non soluendo censum in tempore) nec dare fideiussorem, aut hypothecam etiam omnium bonorum, aut securitatem venditionis, vel solutionis: nec emere certam pecuniæ summam ad vitam, vt pro mille centum. Id enim non est census, sed contractus, Do, vt des. Solent quidem ad vitam euentis dari octo pro vno, possuntque pro tali pensione obligari omnia bona.

4 Soluendus est census in fine anni nisi aliud habeat consuetudo, aut pactum.

* *Tol. l. c. c. 46.*

5 Pretium census est, quo publicè vendi solet.

6 Oportet fructum loci non esse minorem redditu census, communis est opinio: quidam tamen negant id esse necessarium.

* *Vide Tol. l. c. c. 47.*

7 Vt potest solui pro censu pecunia, ita fructus aliquis ex pacto, etiamsi locus censui subiectus, talem fructum non ferat.

* *Lege Nau. de vsur. num. 79.*

8 Etiam anno quo nullus colligitur fructus, soluendus est census.

9 Censum ex vtraque contrahentium parte redimibilem licere, alij aiunt alij negant: ego concedere non audeo.

10 Vbi Bulla Pij Quinti recepta est, negant quidam licere censum super persona constitui, alioqui licere, & super persona, & super communitate, & super bonis incertis, scilicet possessis & possidendis: alij etiam vbi recepta est, licere, si sit perpetuus, quod ego non concesserim.

11 Census numeratur inter bona immobilia.

* *Lege Nau. de vsur. num. 81.*

CENSURA, VIDE

Absolutio.

1 **C**ensura est Excommunicatio, suspensio, & interdictum: non autem irregularitas, (quæ potius poena est) nec depositio, aut degradatio, aut cessatio à diuinis.

* De censuris eccl. integra volumina confecerunt Felicianus Episcopus Scalensis, Gregorius Sayrus, Suarez.

* *Nau. c. 27. num. 1. ex c. Querenti, de verb. sign. § Irregularitas. Tol. l. 1. c. 31. n. 2. Cor. p. 3. c. 10. de censu. ex c. Querenti cit. Sayrus l. c. 1. nu. 18. § Degradatio Tol. l. 1. c. 23. Sot. verò d. 22. q. 3. art. 4. col. 3. irregularitatem ex delicto ortam censuram*